



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Consti=||tvtionen In Di-||oecesana Synodo
Vvla-||dislaviensi**

Karnkowski, Stanisław

Colonię, 1572

VD16 W 4100

Constitutiones Synodales Ecclesiae & Diœcesis VVladislauensis. Tit. I.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-62991](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-62991)

CONSTITVTI-
ONVM VVLADISLA-
VIENSIVM PARTIS PRIMAE.

TITVLVS. I.

CONSTITVTIONES SYNODA-
les Ecclesiæ & Diœcesis
Vladislauensis.



Vod licuit hactenus maioribus nostris, vt in Synodis nuda præcepta Clero suæ Diœcesis proponerent, quæ ab illo cum ipsiusmet, tum populi rectè instituendi causa diligenter accurateque seruari vellent, idem & nobis licere arbitrâmur: nec omnium, quæ statuuntur, rationem esse reddendam. Delicata est enim illa obedientia, quæ præceptorum causas inuestigat, & quorum rationem ignorat, his veluti leuioribus violândis, culpam nullam inesse persuasum

I.

sum habet. Nec cui tamen pro imperio agere, voluntatemque pro ratione afferre videremur, neue sint, qui ita statuunt, iubere nos tantum, non etiam docere, non nihil hoc tempore ab usu pridem recepto deflectendum, & aliam, edendis Diœcesis nostrę constitutionibus, viam nobis insistendam esse duximus: nimirum, ut illis promulgandis, adderetur nonnunquam ratio, verbis, quoad eius fieri possit, breuissimis. Nam ita demum speramus fore, ut ea memorię sacerdotum tenacius hæreant, quę tradimus: & celerius non absque fructu in opus exeant. Quin etiam prospectum hac ratione volumus Parochis rudioribus, & reliquis Diœcesis nostrę Clericis: qui, cum libris non abundant, his nostris legendis non parum adiuuari poterint, & certum obeundi sui muneris, quo fungitur quisque, modum tenere. Quamobrem omnia, & quidem breuissimè, sumus complexi: quę vel ad vitam ipsorum informandam, vel ad populum instituendum, vel ad traden-

2.

3.

4.

5.

62 **CONSTITVTI. VVLADISLA.**
tradendam Catholicā doctrinā, vel
ad Ecclesiasticos ritus conseruan-
dos pertinent: nihil vt sit necesse, cle-
rū nostrum longius ea petere, maio-
remque in illis conquirendis laborē
sumere. vt autem ordo seruetur, pri-
mū omnium à Canonicis Ecclesie
nostræ Cathedralis exordium sumē-
dum esse putauimus.

TITVLVS II.

**DE CANONICIS ET EO-
rum officio.**

QVoniam primi sunt post Episco-
pum Canonici Ecclesie Cathe-
dralis, & aliarum inferiorum: prima
quoque cura ipsorum & præcipua ef-
se debet, vt suo nomini respondeāt.
Et cū disciplina Ecclesiastica reti-
tinendæ causa sint Cathedralium Ec-
clesiarū collegia instituta: etiam at-
que etiā Canonici videant, vt disci-
plinam conseruent, quam tuendam
susceperunt: sicque in omnes par-
tes oculos conuertant, nihil vt sit
inter eos quod ferri nõ debeat, quod-
que disciplina Ecclesiastica cohibe-
ri

I.
Sessi. 24.
cap. 12.